



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

III. Bischof Brunward von Schwerin überläßt dem Kloster Amelunxborn den Zehnten über 60 bei Dansee belegene Hufen Landes, im J. 1233.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

II. Nicolaus, Herr von Rosstoc, übergiebt dem Kloster Amelunxborn den See Drans nebst dem Bache und 60 Hufen Land daneben, im J. 1233.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus dominus de roztoc, vniuersis presentem paginam inspecturis in perpetuum. Que ob perpetuam anime nostre salutem a nobis acta sunt, perpetuam habere cupientes firmitatem, ne prolapsu temporis simul labantur cum tempore, scripto fidelis memorie ea necessarium decreuimus commendare, vniuersis igitur Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, presenti scripto notum facimus, quod nos pro remedio anime nostre, et pro peccaminum nostrorum obtinenda remissione, dilecte nobis ecclesie amelunxbornensi, cisterciensis ordinis hildeshemensis diocesis, ad instantiam petitionis domini Godescalci eiusdem loci abbatif, de pleno consensu et uoluntate uxoris mee Jutte, ac fratrum meorum Johannif videlicet, et Heinrici ac pribizlauri, stagnum quod dicitur drans, cum riuo ab ipso decurrente, et sexaginta mansos, ipsi stagno adiacentes, ab omni iure secularis potestatis exemptos, cum pratis, nemoribus, vsuagiis, paschuis, in busco et plano, molendinis, et piscationibus, inuis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis, contulimus in perpetuum possidenda. Sane partem decime de prefatis bonis tam cultis, quam incultis, nos contingentem, eidem ecclesie libere contulimus et absolute, Deditimus quoque fratribus iam dicte ecclesie potestatem uocandi ad se, et collocandi ubicunque uoluerint in possessione prefata, cuiuscunque gentis, et cuiuscunque artis homines, et ipsas artes exercendi. Ipsos etiam homines quos uocauerint et posuerint cum seruientibus eisdem fratribus, et ceteros in bonis eisdem commorantes, liberos dimisimus perpetuo et immunes ab omni iure aduocatie, et ab omni exactione comitum et iuris nostri executorum aduocatorum et iudicum, ab exstrukione urbium, nec non et ab exactione nectigalium et theloncorum, et omni expeditione, ita ut nemini quicquam seruicij debeant, nisi soli deo et amelunxgebornensi monasterio. Preterea deditimus fratribus eiusdem ecclesie iudiciariam potestatem super uniuersos seruientes ipsis, et colonos, et ceteros in bonis eorum commorantes, in omni causa, ut autem hec nostra donatio perpetue firmitatis robur obtineat, nullaque in posterum possit oriri calumpnia que donationes et libertates, quas sepedicte ecclesie fecimus, queat infirmare, in munimen ac memoriale perpetuum, presentem paginam eidem deditimus, subscriptione testium, et sigilli nostri munimine roboratam. Testes autem huius donationis sunt, dominus Godefridus abbas de doberan, Heinricus cantor ibidem, theodericus, Helyas, Erkenfridus, Renerus, canonici de goztowe, Heinricus gamma, Conradus dapifer, Heinricus grube, Heinricus de dudingin, Johannes de crupelin, Militis de goztowe, Gutimerus et iohannes frater suus, Zlautech, Jacobus, Robertus de bralin, Heinricus dargaz, Gerardus scoke, aduocatus de robole, et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M^o CC^o XXXIII^o VI^o idus marci, Indictione VI^o Regnante fridherico, glorioso Romanorum imperatore, Datum Goztowe, per manum Conradi scriptoris.

III. Bischof Brunward von Schwerin überläßt dem Kloster Amelunxborn den Zehnten über 60 bei Dranssee belegene Hufen Landes, im J. 1233.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Brunwardus dei gratia Zwerinensis episcopus, omnibus in perpetuum. Cum secundum apostolum nostra sollicitudo omnium debeat esse ecclesiarum pium duximus in nostra diocesi, terram noue cristianitatis quam plantauit dei dextera, habundanti cura rigare, ad alios caritatem extendentes, quos laboris et consolationis socios habeamus, unde cum domini terre nostre

ecclesiam de amelungesborne donatione sua respexerint, nos etiam pro remedio anime nostre, ob spem eterne retributionis, iam dicte ecclesie, de consensu capituli nostri iuxta dranzl stagnum, sexaginta manforum decimam contulimus, domino Stephano hoc negotium promouente, vt autem hec sollempnis nostra collatio, perpetue robor obtineat firmitatis, et a nullo successorum nostrorum ualeat irritari, hanc paginam inde conscriptam, sigilli nostri appensione, et testium inscriptione fecimus roborari anathematis uinculo percipientes, si quis quod absit, hec immutare, uel in posterum presumpserit irritare. Testes huius donationis sunt hii, Appollonius prepositus, Sifridus decanus, Rodolfus scolasticus, Laurentius custos, Godofridus abbas de doberan, et alii quam plures clerici et laici. Acta autem sunt hec anno gratie M^o CC^o XXXIII^o Indictione VI. Datum in Buzhiowe, XV^o kalendas iunii, per manum petri notarii.

IV. Bischof Wilhelm von Havelberg schenkt dem Kloster Amelunxborn den großen und kleinen Zehnten zu dem Hofe bei dem Dranse, im J. 1242.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wilhelmus dei gracia havelbergensis episcopus omnibus Christi fidelibus presentis scripti inspectoribus in perpetuum hortatur nos apostolus vt dum tempus habemus operemur bonum, ad omnes maxime autem ad domesticos fidei, consequenter promittens quod tempore suo metemus non deficientes. Bonum est igitur et expediens, seminare in terra cuius proueniat messis in celo. Huius boni contemplatione persuasi, omnes decimaciones tam maiores quam minores ad nos pertinentes curtis adiacentis stagno dranse, quam dominus nicolaus princeps nobilis de Werle dilecte nobis ecclesie amelungibornensis cisterciensis ordinis contulit, libere eidem ecclesie in perpetuum donauimus possidendas, cum prompto et affectuoso capituli nostri consensu, ut ex hoc eadem ecclesia amelungibornensis et nobis de captulo nostro oracionum suarum debitum et semper persoluat, debeat nichilominus sine fine, vt igitur hoc factum a sciencium memoria non recedat, et nescienti notum fiat, et robor habeat, scripsimus in presenti pagina appensis in ea nostro et ecclesie nostre sigillis. Testes autem huius donacionis sunt, Bertoldus prepositus, Heinricus custos, Bertoldus camerarius, Robertus, Johannes, Wipertus et alii canonici havelbergenses. Acta sunt hec anno domini M^o CC^o XLII^o Pontificatus nostri anno XXXIII^o

V. Nicolaus von Werle beurkundet nochmals dem Kloster das Landgebiet Drans mit dem ihm gebührenden Zehnten, mit dem See und mit dem Bache überlassen zu haben, im J. 1244.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Nicolaus de Werle et dominus in gutzowe omni generacioni que ventura est in perpetuum. Quoniam omnes ante tribunal Christi stabimus redditori rationem de operibus nostris que in corpore gessimus, siue fuerint bona siue mala, necessarium est unicuique sibi per elemosinarum remedia pro peccato ueniam postulare, et pro terrenis celestia commutare. Et quia suis spaciis transeunt vniuersa, et labilis est hominum memoria, oportuum videtur si que volumus ad posteritatis noticiam transmittere scripturarum testimonio roborare. Notum sit igitur vniuersis sancte matris ecclesie filiis tam presentibus quam futuris presens scriptum intuentibus, quod de pa-